



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Virtutibus Moralibus, De Justitia Et Jure Et De
Contractibus

Antoine, Paul-Gabriel

Ingolstadii, MDCCXXXIII.

VD18 90392159

Sed si debitor non valens solvere omnibus creditoribus, solverit uni
creditori non habenti jus prælationis, an hic tenetur restituere alteri
creditori habenti tale jus?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40993

24. cit. dicitur non posse revocari id, quod solutum est uni creditori debitum exigenti, nullâ factâ mentione iudicii; & hæc ratio additur, quia vigilando meliorem suam conditionem fecit. Alii cum De Lugo negant, quia sola petitio privata sine sententia Iudicis non potest dare jus uni in detrimentum aliorum æquale jus habentium; & leges supra dictas intelligunt de petitione in iudicio accedente sententia Iudicis.

Sed si debitor non valens solvere omnibus creditoribus, solverit uni creditori non habenti jus pralationis, an hic tenetur restituere alteri creditori habenti tale jus?

Resp. Aff. Quia accipiendo solutionem, impedit alterum à recipienda solutione sibi prius iure debita, & sic facit ei iniuriam damnosam. Fit tunc violatur non solum ordo, sed etiam substantia restitutionis; nam quod uni ex iustitia debitum est, solvitur alteri. Deinde accipiens cooperatur dationi iniustæ, & damnosæ alteri, seu damnificationi iniustæ creditoris, cui hæc pecunia prius debetur, & detrahitur: quænam enim maior cooperatio dationi iniustæ esse potest, quàm acceptio, quæ illam perficit, & complet, & sine qua nullum pariter damnum? sed qui cooperatur actioni iniustæ, & damnosæ, tenetur ad restitutionem. Ita Azor, De Lugo, & alii.